

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 101. Joa. Parvus Mantua Bononiam profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

rum Sacerdoti deponendam & S. Abso- Sæcul. XV.  
lutionem contemnebant, eidem flagella- A.C. 1414.  
tionem cum cordis contritione subrogan-  
tes: Nullum admittebant purgatorium,  
nec suffragia pro defunctis: Nullius diei  
festivitatem celebrabant nisi Dominicæ,  
Nativitatis Christi, atque Assumptionis  
B. V. Mariæ. De his erroribus pluribus-  
que aliis Hæretici isti per Henricum Scho-  
nefeldium Theologæ Doctorem atque  
Inquisitorem convicti, & ad rogam  
damnati in dicto oppido Sangerhusa com-  
busti sunt.

## §. CI.

*Joannes Pontifex Mantua Bononiam  
profectus.*

Omnibus igitur pro celebranda Con- Niem. in vita  
stantiensi Synodo communi consen- Joan.  
su instructis, Joannes XXIII. atque Im- XXIII.  
perator Sigismundus ab invicem disce- Anton. tit.  
dunt, præstituto tempore ad colloquium 21. c. 6. f. I.  
redituri. Interea Mantuam petit Ponti-  
fex, ubi etiam cum Joanne Francisco de  
Gonzaga Amico ac Protectore suo hy-  
mem exegit. Proximo autem Vere Bo-  
noniam rediit, securitati suæ adversus  
Ladislauum consulturus, qui valido exer-  
citu toti Italæ terrorem incussum, & Bo-  
noniæ Papam obseffurus videbatur. Hoc  
perterriti Cardinales omnia jamjam ad  
*Hist. Eccles. Tom. XXV.* B b fugam

**Sæcul. XV.**  
A.C. 1414.

fugam parata tenebant. Nec minor erat metus, quo ipse met contremuit Joannes, parum auxilii a Bononiensium fide sibi pollicitus, utpote quos antea acerbius habuit. Ideo novas conscripsit copias, Ladislao occursum, & se suaque defensurus. Verum omnes isti conatus omnino inanes, atque impares fuissent exercitui adeo in bellicis exercitato, nec non recenti sua victoria inflato, præfertim sub tali tantoque duce, cui furor ac iræ impetus novos injecerat stimulos, nisi ipse Deus inopina morte Ladislauum intercepisset, & quidem morte, quæ suorum scelerum, ac vitæ in omnem licentiam effusæ effectus, simulque poena fuit. Joannes Papa accepto obitus hujus nuncio non modica afficiebatur lætitia, cum a potentissimo hoste sese expeditum videret.

### §. CII.

#### *Ladislai Regis extrema.*

**Raynald.**  
ann. 1414.  
n. 5.6.  
**Niem. in vit.**  
**Joan.**  
**XXIII.**  
cap. 39.

Ladislaus, dum iter suum prosequitur, Bononiam invasurus, gravissimo corripitur morbo, quem, ut nonnulli volunt, contraxit ex poculo sibi a quadam Perusini Medici filia propinato, hanc Rex immodico deperibat amore, quem, ut haec foemina in se adhuc ardentiorem reddebat, id philtro efficere ausa est. Historiæ

corum